

Nf. 60. 3.

15,
OBSERVATIONVM
IN
IONAE ORACVLA
SPECIMEN
RATIONE POTISSIMVM HABITA VERSIONIS
ALEXANDRINAE
FRAGMENTORVMQVE HEXAPLARIVM

SCRIPSIT
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI
CAROLI AVGVSTI
DVVIS SAXONIAE IVLIACAE CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
ET GVESIPHALIAE LANDGRAVII THVRINGIAE REL.

AVSPICIIS
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM COLLEGH VENIA

A. D. x. MAII MDCCCLXXXVIII.

PVBlice DEFENDIT

M. BEREND KORDES

LVBERCENSIS

ASSVMTO AD RESPONDENDVM SOCIO
CHRISTI. IVLIO GVIL. MOSCHE

ARNSTADIO - THVRINGA.

IENAE
LITTERIS GOEPFERDTIANIS.

CONSERVATIONVM

IONAE ORACVA

RATIONE POTISSIMUM HABITA VERSIONIS
ALEXANDRINAE
FRAGMENTORVM REPERTVM

RECTORI MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

CHRISTOPHORI V. G. P. S. I.

FRAGMENTORVM REPERTVM

FRAGMENTORVM REPERTVM

FRAGMENTORVM REPERTVM

M. BERENGD. FORDES

FRAGMENTORVM REPERTVM

FRAGMENTORVM REPERTVM

FRAGMENTORVM REPERTVM

FRAGMENTORVM REPERTVM



Versionis Alexandrinae *usum Hermeneuticum* constituere ita, vt obseruationes, regulae, cautiones denique, ad hanc rem apprime facientes, tradantur omnino omnes, licet res sit difficillima multis de caussis, quas vberius exponere non est hujus loci, me tamen ab aliquot inde annis (quod praefiscine dixerim) libros Hebraicos cum Graecis versionibus comparasse paullo diligentius, libenter profiteor, quum horum studiorum singularem vtilitatem scirem omni tempore insigni laude celebratam a doctissimis viris, inter quos optimum harum rerum arbitrum, I. F. FISCHERUM, sufficiat in praesentia nominasse. Nec minus temporis spatium operam cum assiduitate dedi scriptis illorum, qui praeceptis pariter atque exemplis de vario et multiplici vsu, quem interpretandis V. T. libris praebet versio Alexandr. cum fragmentis caeterorum interpretum, aut pluribus verbis et separata industria, aut breuiter et quasi in transcurso exposuerunt, FISCHERI nominatim atque SCHARFFENBERGII, quem quidem e FISCHERI schola egressum, aequae certum de hac re iudicem facile agnoscas. Quamquam vero vehementer optandum est, vt tandem aliquando existat, qui et ea, quae hactenus ad hanc rem spectantia tradita sunt, in iustum redigat ordinem, et ea, quae virorum illorum diligentia omisit, rite et cum iudicio suppleat, vt omnis hac de vsu

) (HER-





Hermeneutico a) τῶν ὁ disputatio, quemadmodum de *Critico* egit KNAPP *b)*, exhausta videatur: nos tamen, licet *quaedam*, ad *usum Hermeneuticum in vniuersum* pertinentia, haberemus in promptu, hasce in *vnius* libri Hebraici, Ionae scilicet, versionem Graecam obseruationes scribere, atque vberiozem illam de *vſu Hermeneut.* τῶν ὁ dissertationem in plures annos premere, magis e re nostra duximus. Vt enim de huius negotii, humeris nostris omnino imparis, summa et singulari difficultate taceamus, ita omnino, licet nostro tempore multo melior sit facies totius Philologiae, quae *sacrae* nomine insigniri solet, nominatimque studii illius, quod absoluitur in versionibus Graecis, quum viderit aetas nostra viros plurimos, qui versiones illas studiose legunt, diligenter emendant, accurate illustrant; tamen nondum eo progressi sumus, vt sine periculo regulae de *vſu versſ.* Graecarum tradi queant. Etenim *versſ.* Alex. *vſum Hermeneut.* quum primum praecedere debeat, quod per se patet, *emendata lectio*, necesse est, vt pergant viri docti in emendendo textu graeco e codd. antiquis, *versſ.* Orientalibus iis, quas profectas scimus e *versſ.* Graeca, libris ab Ecclesiae Christ. doctoribus scriptis cet. Cujus quidem rei vt initium factum est a viris et ingenii et doctrinae laude florentissimis, ita cum harum

re-

a) Cf. descriptio commentarii in septuaginta interpretes auct. I. E. FABER. Goetting. 1768. — Animaduersiones vero, quas in *versſ.* τῶν ὁ scripsisse constat VALKENAER, licet, quod suspicor, Critices magis, quam *vſus Hermeneut.* habuerit rationem, tamen vna cum caeteris summi viri reliquiis in turbis Belgicis esse dispersas, omnes eo acrius dolebunt, quo vero similis videtur, illum curam praesertim impendisse libris, qui virum exquisitioris doctrinae peritissimum et interiori Graecarum litterarum scientia quam maxima instructum considerant, Dramadico elegantissimum, quod in *Iobi* aerumnis calamitatibusque versatur, et dictorum acutorum (ἡρώμης vocant) collectionem, quae *Salomoni* attribui solet.

b) In *dissert.* ad *Ion. I.* 1. laudata.

rerum peritissimis optandum est c) vt in dies magis magisque versionum Graecarum Crisis exerceatur. Deinde, vt cum prospero successu vsum illum Hermeneuticum constituas, in primis illud semper cogitandum est, versiones Alex. plures vno auctores agnoscere, qui vtriusque linguae peritia, modo vertendi oracula Hebraica, aliisque rebus, quibus censetur interpres, quam maxime inter se differunt. Etenim demonstratione non eget, illius, qui Pentat. graece dedit, maiore esse auctoritatem, quam caeteris L. Hebr. peritia antecellat; illius, qui Prouerbia reddidit, non solum in Critica verum etiam Hermeneut. fructum cautius percipiendum esse, quam Reiphrasi vtatur et libere vertat (quod ipsum non animaduertisse videtur is, qui nuper obseruat. in Prou. versionem graecam publici juris fecit d); illorum denique, qui nec Hebr. linguam satis calluerunt, nec Graecam, inter quos sunt ii, qui interpretati sunt Prophetarum vaticinia, exiguam in interpretatione vtilitatem esse caet. Quod quum ita sit, placet nobis MICHAELIS e) propositum, de versionibus *singularum* librorum agendi. Verum enim vero, vt e diuerticulo redeamus in viam, obseruationes nostrae qualescunque quum sint fere omnes e genere Hermeneut. (eo enim in primis consilia nostra pertinebant) nemo, opinor, vituperabit, nos non omnes annotasse locos, in quibus ei o deseruisse videntur Hebraici textus lectionem. Quod ipsum negotium omittendum putauimus vel id circo, quod hu-

c) Quod ipsum fecit nuperrime I. F. SCHLEUSNER in Obsf. criticis in versf. graec. Oraculorum Iesaiæ. Goett. 1788. — p. 4.

d) In Fascic. IX. libri, qui inscribitur: *Beiträge zur Beförderung d. vernünft. Denkens in d. Relig.* IARGER vero, cuius obseruationes in Prouerb. Salom. versf. Alex. hifce nundinis vernaculis editas, ipsas videre mihi nondum licuit, sine vilo dubio versionis huius libri genium respexit, quum per locum temporis spatium, vt certissime scio, ad versf. Alexandr. studium indefessa incubuerit diligentia.

e) In *Einleitung in d. Alte Testament.*



hujus rei initium nuper fecit I. G. CH. HOEFFNER, A. M. Lipsiensis in duobus speciminibus, quorum in posteriori quum deprehenderim haud pauca, quae et ipse attuli eademque litteris prius consignata essent, quam specimen illud oculis vsurpare possem, satis apparet, ea a nobis ex iisdem libris esse ducta. Quum enim nihil noui a tirone proferri possit, officioque suo perfunctus esse videatur, modo, quae in variis libris conspersa reperiuntur, ea collegerit in ordinem, fieri non potest, quin ii, qui eandem rem tractare sustinent, saepe in eosdem singulorum librorum locos incidant. Scriptorum vero, quos laudauimus, multitudo, et quasi nubes, neminem, si quid video, offendet, quum ita postulauerit, et nostra proferendi noua imbecillitas, et studium reddendi, quae aliorum sunt, suis quaeque auctoribus. Caeterum eorum, quae in hoc nostro libello aut omnino false, aut non satis recte dicta sunt, veniam nos impetraturam esse speramus, quum non nostra sponte (a scribendo enim prorsus abhorremus, nec nos ii sumus, qui, vt solent hac nostra aetatula plures, qui in litteris nil nisi uocinia jecerunt, fabricandi et consarcinandi libros libidine tractantur) sed Amplissimi Philosophorum Collegii jussu obseruationum sylloge emittatur in vulgus. Quae quidem ipsa si indicio esse potest, nos librorum in hoc studiorum genere optimorum notitiam habere, simulque spem excitat, fore, et aliquando ea praestemus, quae hominum doctissimorum assensu digniora videantur, voti nostri compotes facti, impense laetabimur.

I O N A S.

CAP. I.

יֹנָתָן, *oi ó, τὸν τῆ 'Αναθι.* — **יָן** sq. Genit. Nom. Propri. in Prophetis, quos *minores* vocare consuetudo obtinuit, vertitur fere semper ab intt. Alex. per *é τῆ*, ex quo, vt ex aliis simili modo vertendi rationibus, quas enumerare non est huius loci, nescio, an colligi possit, *duodecim* Prophetas ab vno eodemque homine graece redditos esse, praesertim quum constet, illos et vno volumine jam antiquitus comprehensos fuisse *a)* et negligentius eque codd. deterioribus esse conversos *b)* licet sint, qui velint, quosdam *peritiores* interpretes esse natos, quod ipsum non negant illi, quos infra laudaui, Triumviri, atque de *Amoso nominatim* statuit L. Bos, *c)* cui tamen refragari videtur I. A. ERNESTI. *d)* Verum, quomocumque se res habeat, equidem non memini, alias in vers. Alex. *τὸ יָן* ita exprimi, certe 2 Reg. XIII, 25. vbi sermo est de Iona quodam, exstat *υἱὸς τῆ Α.* Caeterum quum Propheta, quem tractare sustinimus in praesentia, paullo liberius graece sit redditus, ita, vt saepe non tam vertat, quam *περιφρασεις* vtatur homo

a) cf. EICHORN Einleit. ins A. T. §. 520.

b) CHR. G. STRUENSEE nepe Ueberf. der Weissagung Nahums — (Halberst. 770. 8.) in praefat. KNAPP diff. I. de vers. Alex. in emendanda lectione exempli Hebr. caute adhibenda p. 17. REINHARD de vers. Alex. auctorit. et vsu p. 40. et 45.

c) in Prolegg. ad edit. τῶν ó,

d) in Bibl. Theol. Nouiss. I, 774.



homo Graecus (quod ipsum deinceps singulis locis docebitur paulo vberius), videtur sane liber ille vel interpretem sibi peculiarem nactus esse, vel diversum tamen ab iis, qui *annumerant* lectoribus verba Hebr., non *appendunt*, quam vertendi rationem in *duodecim* Proph. plerumque regnare, docet idem STRUENSEE. Sed omnis haec de graece vertendi ΔΟΔΕΚΑΠΡΟΦΗ. modo disputatio quum sit altioris indaginis, iudicent ea de re viri me multo sagaciores.

V. 2. **וְהָיָה, הִי הָיָה, הִי הָיָה**, ἡ κραυγὴ τῆς κακίας αὐτῆς. Quae verba quum Cod. Barb. in verso ordine exhibeat ἡ κακία τῆς κραυγῆς, hoc ipsum indicio esse potest, alterutrum substantivum esse spurium, ita scilicet, vt κραυγὴ αὐτῆς sit verso interpretis ignoti, qui legerit **וְהָיָה**, vel simile quid. Verum enim vero, quum Drusus, duce Hieronymo, inti. gr. respexisse putet ad Gen. XVIII, 20, haec ipsa explicatio eo magis mihi placet, quo certius constat, τοὺς ὁ rationem saepius habuisse hominis, qui Pentat. graece dedit, propterea quod ille notissimus illis esse debuit, quum praelegeretur in sacris conventibus. Sed fortasse interpres noster, qui Ionae Periphrasin potius edidit, quam versionem, eo tantum consilio addidit notionem *clamoris*, vt melius verba graeca responderent τῷ ἀναβῆναι, ita, vt nulla omnino potestas lateat in vocabulo κραυγὴ. Quid? quod eodem modo קוּק et פֶּוֹהֵי pleonastice d) iunguntur substantivo, cuius rei exemplum attulit FISCHERUS e). Liceat vero mihi aliud exemplum huic adungere, ad hanc rem, si quid video, quam maxime insigne. Exstant enim Jes. XXIII, 18, haec verba מִקְרֹה הַחֲבֹרָה, quae, nescio quam bene? MICHAELIS: Schreckgeschrey et HETZEL: vor dem tobenden Schrecken, vertit, quum intelligenter sane omiserint הִי הָיָה illud מִקְרֹה (ὁ Φεύγων

d) quod ipsum apparat etiam ex construendi ratione, vt egregie obseruat is, qui inter Hebraicos Grammaticos facile principatum tenet, G. Chr. STORCK in obsf. ad Anal. et Syntax. Hebr. pertinent. p. 363.

e) in Proluff. de versf. gr. litter. Hebr. magistris p. 96.

Φεύγων Φόβοι), quos ipsos quin sequar ob Parall. locum Jer. XXXXVIII, 44., vbi ספני exstat loco מקה, equidem nullus dubito. Caeterum quemadmodum Paraphrast. Chald. utroque loco recte vtitur תִּפְּוּ קְרָמִין, ita Syrus in iplo Ieremiae loco perperam, vt cuique his litteris leviter imbuto illico apparet, adhibet תִּפְּוּ

V. 4. רעו. *εί ό, κλύδων.* Et Synonymorum quidem רעו et רעו πολυσημίων, qua horrorem (τά Φρικτά Ier. V. 30.), procellam, hircum, pilos, denotant. egregie comparat cum graeco Φρίσσειn DOEDERLEIN g) laudatque in hanc rem Hefychii glossam: Φρίσσειν διεγείρεται, έξορθύεται h), δέδαικε, τρεμει. Quid? quod in ipsa τῶν έ verſ. Ier. II, 12, רעו expressum legitur per ipsum illud Φρίσσειν. Exempla vero ex vtriusque linguae scriptoribus profanis, quibus Φρίσσειν et horrere dicitur de mari, praeter alios nuperrime excitavit MITSCHERLICH i). Verum in constituendis variis תִּפְּוּ significat. in auxilium etiam vocanda videtur Dial. Arabica, quam in rem cf. SCHULTENS k) et SCHELLING l).

V. 5. מרחים. Vox Syris et Chaldaeis propria, qua vtitur etiam Ezech. (XXVII, 9. 27. 29.) qui quum sit posterioris aetatis atque cum Iona multa vocabula habeat communia, etiam hic liber scriptus videtur eo tempore, quo jam mixta erat hebr. lingua cum Dialecto Syro - Chaldaica. Alex. quidem interpretes nostro loco habent ναυτιμοί, verum in Ezech. femel επιβάτης vertunt, bis κωπηλάτης, quo vocabulo vtuntur etiam v. 8. et 26. vbi in Hebr. est מטים, item v. 29. vbi legitur תופשי המשוטים (tenentes remos). In loco autem Jef. (XXXIII, A 2 21.)

g) in proluf. elegantissima de litteris graecis, optimo subſidio interpretationis V. T. p. 14.

h) Sirac. 27, 14. λαλιὰ πολυόρουσιν έξθώσει τρέμας.

i) Lectiones in Catullum et Propertium p. 119. 14.

k) in Orig. hebr. p. 169. et 269. edit. fec.

l) Abhandl. v. Gebrauch der Arab. Sprache p. 80.



21.) vbi est טי-שי-נא (nauis remigii) et Aquila ad verbum vertit: *ναὺς κωπήης*, Symmacho tribuere malita: *πλοῖον κωπήλατον*, quam *κωπηλάτου*. quum soleat pro sua in vertendis Hebraicis verbis elegantia, Hebraeorum Genitivus, qui ex contexta orationis serie vario modo explicari debent, mutare in Adjectiva, singulis quaeque locis aptissima.

יגו יריו, די ם, קאי עבולחן עפויסאנטו טאָן סקעוואַן טאָן ען טאָ פּלויַע עיס תּינן דאַלאַססאן. Apposite monet FISCHERUS *m*) falua perspicuitate omitti posse verba *טאָן סקעוואַן* — *דאַלאַססאן*, vt Lucas (Act. XXVII, 18.) dixerit simpliciter *εμβολὴν ποιῆσθαι*, aut certe pro his verbis poni *τῶν φορτίων*.

מקלה מעהם, vt leuem facerent (nauem) ab illis (oneribus). *Οἱ ὅ* vtuntur forma passiuua *τῶν κουφοισθῆναι*, ex quo tamen non sequitur, illos aliter omnino legisse.

V. 6. וקרב. Aquila *κατέβη*, sec. Cod. Barber. Verum quum Aquila, *contentiosus* interpres, soleat eligere verba graeca hebraicis ad amussim respondentia, equidem hoc vocabulum pertinere ad *קרב* v. 5. arbitror.

אָפּוּס, די ם sec. Cod. Vatic. *ὄπως*, sec. Alex. vero, editionem Ald. et Cod. Barber. *εἴπως*. Vtrumque recte, licet DRUSIUS praeferat *εἴπως*, quod exprimere etiam videtur *Iiala*, quae habet: *si quomodo*. Verum notum est, *dubitandi adverbium* saepe bene sperantis, immo optantis rem speratam, affectum exprimere, vt GLASSII verba *n*) nostra faciamus. Atque eodem modo *τὸ εἴπως* pro *ἴνα* poni apud N. T. Scriptores (v. c. Rom. I, 10. Phil. III, 11.) monent interpretes. Cf. omnino in hanc rem SCHARFENBERG *o*) atque eadem prorsus est ratio

Par-

m) l. c. p. 118.

n) in Philol. sacra p. 424. ex editione, quam curauit I. A. DARTHE.

o) in Specim. Animadvers. quibus loci Dan. illustrantur, emendantur ad Cap. III, 24.

Particulae *μήποτε*, quae non solum apud recentiores Graecos *p)* et scriptores N. T. *q)* verum etiam in Alexandr. versione, saepe non per *ne forte*, sed *fortasse* vertenda est. Quam in rem, vt taceam in praesentia locos, in quibus *אולי* vertitur *μήποτε* (v. c. Genes. 27, 12.) laudasse sufficiat Gen. 20, 11. vbi Partic. *קק* sec. Cod. Vatic. per *ἀρα*, secundum Edit. vero Aldinam per *μήποτε* expressam videmus.

עשה splendere, nitere, Jer. V, 28. (vbi in *τοῖς δ* est lacuna, *r)* quod non animadvertit BOYSEN *s)* conjungitur cum *שמן*, quibus respondet in anteced. membro *גורל* et *ועשיר*, ita vt appareat, vtrumque verbum metaphorica gaudere significatione, *externarum rerum felicitate frui*. Alexandr. vero Judaei nostro loco vertunt *διασάξεν*, atque adeo vel antecedens: *serenum se exhibere*, *favere*, mutant in consequens: *eripere e periculo* (et sic fere Chald. *יתרחים* et Dav. *Kimchi* *יתרצה*) vel ex Chaldaica lingua (cf. Dan, VI, 4. quem locum laudat idem *Kimchi* ad nostrum locum *בארמית* *ומלכא עשית להקמותה רוצה לומר מחשב*) interpretantur hoc verbum cum aliis (a quorum partibus fiat etiam BUXTORFIUS *t)*) *cogitare*, quod de Deo adhibitum ipsam liberationem e malis denotat. Atque sic, vt videtur, MICHAELIS: vielleicht lenket er es so, daß wir nicht umkommen. Caeterum cave, putes BIELII Thesauri deceptus, etiam Jer. VIII, 20. verti verbum illud hebraicum per *διασάξεν*, quum ibi legatur *כושע*, vt paulo ante monuit idem BIELIUS, qui in mente habuit fortasse V, 28., vbi verbum Hebr. *עשה* legitur sane, sed ab Alex. interpretibus, vt diximus modo, omittitur.

A 3

V. 7.

p) vid. STURZ in praefat. ad fragm. Hellanici Lesbii p. XII.

q) cf. KYPKE ad Match. XXI, 9.

r) quam explet. I. E. GRABE e cod. Regio, vbi est *ἀγαπώθησαν*, quod ipsum verbum non solum in vers. ipsa occurrit Ezech. 39, 18. verum reperitur etiam Pf. 19, 4. in Opere Montefalcon. sub nomine *ἄλλου*, quem FISCHERUS in *Clavi* reliquiarum vers.

V. T. (p. 10.) Theodot. suspicatur.

s) in Beyträgen zur Bibl. Philologie T. II. f. h. v.

t) in Lexico Chaldaico, Talmudico et Rabbinico p. 1683.



V. 7. וַיֹּאמְרוּ אֵלֶיךָ אִשָּׁרְךָ וְאִשָּׁרֶיךָ וּמָה אַתָּה אֹמֵר וַיֹּאמְרוּ אֵלֶיךָ אִשָּׁרְךָ וְאִשָּׁרֶיךָ וּמָה אַתָּה אֹמֵר
 και ἔπεν ἕκαστος πρὸς τὸν
 πλησίον αὐτοῦ — pro quo melius: ἔπεν πρὸς ἀλλήλους, vt ali-
 as apud ipsos τῶς ὅ. Vid. Genef. XXXXII, 28. Exod. XVIII,
 7. caet.

V. 8. כַּאֲשֶׁר יֵגִוֶה. Lacunam Vatic. Cod. supplet Ale-
 xandrinus et editio Complut. Verba vero hebraica desunt etiam
 in editione Prophetarum, quae prodiit 1486 u).

Verba, quae sequuntur: και πῶς πορεύη, quae leguntur in
 MONTEFALCONII opere sub nomine Ἄλλ., nil habent in textu
 Hebr., cui respondeant. Et MONTEFALCONIO quidem duae vi-
 dentur esse interpretationes, quem tamen non sequitur BHRDT
 in nupera Hexapl. edit. simul alia in medium proferens, vt ver-
 ba graeca conciliet cum Text. Hebr. Verum vterque mihi non
 satisfacit. Equidem enim, simul ac primum legi illa verba,
 statim de Glossa aliqua cogitavi, ex locis parallelis, vbi vtraque
 phrasis occurrit, nostro loco a nasutulo librario inserta, Quae
 postquam scripseram in eadem mecum sententia fuisse cognoui
 SCHARFENBERG, v) qui in hanc rem laudat Genef. XVI, 8 et
 Judic. XIX, 17.

V. 9. עֲבָרִי; וְהָיָה עָבָרְךָ בְּיָדֶיךָ; legerunt, vt plerisque pla-
 cet, עֲבָרִי, nec damno; verum fortasse ita verterunt ratione ha-
 bita loci, qui exstat, saltem existare videtur, de vate nostro
 2 Reg. XIII, vbi est עֲבָרִי יִרְוּךָ, quod, cave, veritas seruum,
 quum in tali orationis serie *ministerium* denotet. Qua de re in-
 fra, ad Iosephi de Iona periocham, commodior differendi erit
 locus. Caeterum verba και τῆς γῆς, quae habet editio Com-
 plut. post τοῦ οὐρανοῦ, ex locis parallelis videntur adscripta.

וְהָיָה עָבָרְךָ בְּיָדֶיךָ, וְהָיָה עָבָרְךָ בְּיָדֶיךָ, bene σεβόμεαι atque sic saepe וְהָיָה עָבָרְךָ בְּיָדֶיךָ
 θεοσεβειαι v. c. Genef. XX, 11. Cf. ad Iob. I, 1, 8 sq., Orige-
 nis

- u) Cf. Repertorium für Biblische und Morgenländische Littera-
 tur T. VIII. p. 82.
 v) in Cappelli Critica sacra T. II. p. 664.



nīs Hexapla. Atque ex hac ipsa versione formulae a scriptoribus N. T. celebratae *Φόβος Θεοῦ* vis et potestas planissime cognoscitur.

השש. *וְהָיָה* h. l. vertunt, pro quo v. 13. magis graece dicitur *ἦν*, vt Symmachus *w*) Exod. XIII, 16. 21. *χέστος* reddit. Atque hanc ipsam ob causam de veritate versionis Symmachianae Genes. I, 9. persuadere mihi vix possum, vt videntur omnino in toto Gen. cap. I., quod ex PHILOPONI in Hexæmeron Commentario fere totum hausit MONTEFALCONIUS, veteres versiones inter se invicem ita commixtae, vt critica cura sit opus, quum SCHARFENBERG, quod valde dolemus, totum hunc de prima creatione praetermiserit locum. Sed si mihi regerat quispiam, legi tamen Psalm. LXV, 6. in opere Hexaplarum Symmachi versionem hanc *μετέβαλε τὴν θάλασσαν εἰς ξηρὰν*, vt, quid sentiam, dicam aperte, vereor equidem, ne postrema duo verba irrepperint ex *τοῖς ὅ* in SYMMACHI versionem. Verum excutiat hoc singulari diligentia SCHLEUSNER in altera *curarum Hexaplarium in Psalmos* parte, qui alicubi *x*) ita praecipit: „*saepe PP. GG. plurium interpretum versiones ita inter se miscent, vt vix appareat, quaenam sit singulis interpretibus reddenda versio.*“ Atque hoc ipsum facit fortasse ad illum Psalmi locum, cuius versionem Symmachianam ex EUSEBII Commentario hausit MONTEFALCONIUS.

V. II. **פשו**. *פשו*, *וְהָיָה*, mutato in proprium verbum tropo, quem tamen agnoscit etiam in simili re lingua graeca. Sic v. c. Aristoph. Equit. v. 689. *κολόκυμα*, i. e. interprete EUSTATHIO, *κωφὸν κῦμα*.

הלח

w) videntur enim litterae A et Σ permutatae, quum Aquila verbatim semper *ξηρὰ*, vt praeter alios vidit THIEME in Dissert. pro puritate SYMMACHI p. 25.

x) in curis Hexaplaribus in Psalmorum libros ex PP. GG. (Goetting. 1785.) p. 17.



קלל sequente verbo alio declarare actionis continuatio-
nem, ostendit FISCHERUS y), qui non melius potuisse dicit ab
Alex. interpretibus neque elegantius explicari verba hebraica,
dummodo omisissent verba ἐπορεύετο καί. Quod quidem ipsum
ab illis interdum factum esse, docebit Genes. VIII, 4. (sec.
Cod. Vatic.) caet. Nec minus eleganter aliis locis, non secus
atque SYMMACHUS, in tali constructione vtuntur participio, de cuius
vsu vid. ERNESTI z). Cf. Genes. XII, 9. Exod. XIX, 19. caet. Atque
in vertendo קלל קלל cernitur etiam IOSEPHI elegantia, qui, vt
hoc vtar, verba 2 Sam. III, 1. καὶ ὁ δίκος Δαυὶδ ἐπορεύετο καὶ
ἐκραταιῶτο, καὶ ὁ δίκος Σαυὺλ ἐπορεύετο καὶ ἠσθένεε ita expre-
ssit a): Τῶν μὲν μετὰ Δ. κραιττόνων αἰεὶ γινομένων καὶ πλείον ἐκ
τῶν κινδύνους Φερομένων, τῶν δὲ Σ. παιδῶν καὶ τῶν ὑψηλῶν αὐτῶν
κατὰ πᾶσαν σχεδὸν ἡμέραν ἐλαττομένων.

V. 13. קלל. Eodem tropo, vt notum est et nuperrime
monuit BAUER b), dicunt etiam Latini: *fulcare*, *arare* mare.
DRUSIUS vero mavult τὸ *fodere* intelligere de magno conatu,
quum ὁ ὁ h. l. vtantur verbo παραβιάζεσθαι.

V. 14. ננן et נן videntur vocabula plane synonyma
adeoque, nisi me omnia fallunt, in discrimine vtriusque verbi
constituendo nimis argutatur DRUSIUS; 'Οι ὁ: μηδαμῶς κύριε
μη — vertunt, non, vt indicent ננן idem esse quod graecum
μηδαμῶς (cui vocabulo aliis in locis respondet חרירר. μη γέ-
νοιτο), sed potius ita exprimunt hebraicam ῥῆσιν ob contextam
orationis feriem, quae nautas sinit *ἰκετεύοντας, μη δύναι δικαιοῦ
ἐπουργαυτες τῷ ψήφῳ*, vt ait THEODORETUS.

נין.

y) in libell. laud. p. 101.

z) in animadversion. ad Xenophont. Memorabilia Socrat. III, 9.
§. 10.

a) in Archaeol. VII, 1. §. 3.

b) cuius versio Prophetarum sex priorum prodiit Lipsiae
anno 1786.

נקיפ. *οι ο δικαιοσ.* Qua quidem ex versione apparet, quam recte praecipiant viri docti, *קריק* non iustum, sed innocentem (cf. Genes. XXXVIII, 26) atque vicissim *רשע* non iniustum, sed fontem (cf. Exod. II, 13.) denotare. Vid. in hanc rem MICHAELIS *c*) atque VORSTIUS *d*). Nec minus recte ipse Matthaeus *αἷμα δικαιοσ* (XXIII, 35.) per *αἷμα αἰθρων* (XXVII, 4.) explicat, et Prov. I, 11. Aquila *τὸ νקיפ* reddit *αἰθρος*, vbi *οι ο* habent *δικαιοσ*. Caeterum, vt hoc obiter moneam, *τὸ δικαιοσ* in versione Alex. Genes. XX, 4. additur *ὁ αἰθρων*, quod tamen vocabulum, cui nihil respondet in Text. hebr., monente PROCOPIO *e*), recte Obelo notatur. Glossa vero (nam *τους ο* legisse *הגוי שגג* vel *הגוי שגה*, ix ac ne vix quidem mihi persuadeo) originem duxisse videtur ex Cap. XVIII. vbi saepius, a v. inde 23. *δικαιοσ* et *αἰθρων* conjungitur. Verbum enim *αἰθρων* simpliciter esse: *pecco*, sine adjuncta notatione *ignorantiae* (nam MONTEFALCONI auctoritate, vertentis: *ignorantem*, minime moveor) ostendit SCHLEHSNER *f*). Quid? quod eodem modo *שלה* sive *שלות* non *errorem* significat, sed *peccatum omnis generis*, vt ex LUD. DE DIEU docet SCHARFENBERG *g*).

עטר, oppon. *τὸ הלך*. *οι ο ἔση* — Theodor. *εστρέσθη τῶν κυμάτων ἢ θάλασσα*. Iosephi vero verba (*εσάλη ο χέμων*) FISCHERUS (l. c. p. 28.) et probat omnino, et egregie ex viū verbi *ελλεσθαι* (quod proprie dicitur de aquis, monente schol. ad Soph. Ajac. Flag. v. 329 et 1065.) explicat. Cf. Gen. VIII, 1. vbi Aquila eodem verbo vtitur ad exprimendum Hebr. *שכך* ita,

- c*) in variis libris passim, inprimis vero in Introd. in N. T. P. I. p. 145. et in Bibl. Orient. et Exeg. T. V. p. 158 sq.
d) in Philologia sacra. p. 55. sq. ex edit. FISCHERI.
e) in Catena Nicephori p. 259. cf. SCHARFENBERG in animadv. ad Fragm. Vers. graec. V. T. — ad Genes. XXIII, 15.
f) in spicilegio primo Lex. in Int. graec. V. T. post Bielium sub vv. *αἰθρων* et *αἰθρων*.
g) ad Dan. III, 29. cf. III, 24.



ita, vt non audiendus videatur DRUSIUS, qui vertit: in colum-
nae modum steterunt (σήλης τρόπον ἔσησαν).

CAP. II.

V. 1. יָמֵן, *οἱ ὅ, προσέταξε*. THEODORETUS: τὸν Ἰωαν-
θεῖον νεύματι (τῆτο γὰρ εἶπε, προσέταξεν ὁ Θεός) κῆτος ὑπεδέ-
ξατο μέγισον.

לָרֶגֶל, *οἱ ὅ, κῆτος μέγαν*. Verum quum κῆτος per se
piscem magnum denotet, facile adducor HIERONYMI verbis, vt
cum DRUSIO credam, aliquando abfuisse *μέγαλω*. En ipsa HIE-
RONYMI verba: „In Hebr. *piscem grandem* legimus, pro quo
„*οἱ ὅ* et Dominus in Evangelio *cetum* vocant, rem ipsam breuius
„explicantes.“

לְכָל, *καταπιῖν*. Lectio vero, quam habet editio Com-
plut. (*καὶ κατέπιεν*), et exprimit versio lat. Vetus (et deuorauit)
ex versu 11. videtur profecta. Cf. quae ad hunc vers. diximus.

V. 3. sqq. Sequitur hymnus, quaelibet sane pericula, vel
quaevis saltem ex eorum, quae in mari oppetuntur, sistens, vt
HENSLEY *h*) eleganter obseruat. Caeterum, vt ab aliis poëtis
Hebraicis posterioris aetatis, ita etiam a nostri carminis aucto-
re, quisquis ille fuerit, respici saepius Dauidis verba, eodem
modo, quo graeci Scriptores Homeri versus imitari solent, vt
pluribus ostendam, vix videtur necessarium.

V. 3. Cf. Psalm. CXX, 1. CXXX, 1. et LXXXVI, 13.
שׁוּעִתִי, Chald. כְּעִתִּי, Syrus, Δεσφ, *οἱ ὅ* vero *κραυγῆς*
μου. Quae quidem versio turbat membrorum Parallelismum, quum
antecedens קראתי (*ἐβόησα*) postulet verbum, non substanti-
uum

h) in animadversionibus in quaedam duodecim Prophetarum mi-
norum loca. (1786. 4.) p. 8.

vum. Caeterum Alex. intt. vel legendum putarunt שְׁוֹיָהּ (א Sam. XXII, 7.) vel verterunt hoc modo paullo liberius, ita vt repeti debeat εἰσῆκουσε. Cf. DRUSIUM. Verum, quomocouque se lectio habeat (nil enim definitio, vtrum sit genuina an falsa, ita vt rescribendum videatur ἐκβαύγασα vel simile quid), moneo tantum, verbum illud in versione Arab. Polygl. exstare quidem (صواخي), in versione vero, quae adjuncta legitur Psalms, opera VICTORII SCIALAC Accurenensis, et GABRIELIS SIRONITAE Edeniensis, *Maronitarum*, editis Romae, 1614, 4. plane omitti.

V. 4. מצולה כלכב ימים, εἰς βάθη καρδίας θαλάσσης; verti debet simpliciter: *in mare*. Vt enim כלכב nil est, nisi mera Periphrasis pro illo כְּתוּךְ vel simplici כ. ita מצולה idem denotat, quod aliis in locis ים, hoc tantum discrimine, vt illud proprie maris profunditatem indicet. Iam vero quemadmodum nemo in Homericis illis: βένθος ἄλως siue neglecta hebr. ratione ἄλς βαθεία nullam Emphasin inueniet, ita etiam, caue, vrgeas Hebr. ים מצלות siue ים עמקי. i) Constat enim, omnium fere linguarum auctores substantiuus Epitheta quaedam, quae a QUINTILIANO (L. O. 8, 2.) *propria* dicuntur, non tam perspicuitatis, quam ornatus gratia addere solere h). Sic v. c. vt Latini (nam de Graecis taceo, quum exempla ex Homero collegerit FISCHERUS l. c.) *profundum*, *innum mare* dicunt, atque interdum etiam *profundum* simpliciter I): ita Hebraei mare, qua profundum est, vocant ים מצלת siue ים עמקי (Mich. VII, 19. Psalm. LXIX, 3. caet.). Atque idem egregie vidit SCHNURRER m), qui ים ממצלות *poëtice* dictum esse dicit pro ים. Caeterum vix opus est, vt moneam, has phrasas: *in mare demergi*, *in foveam detrudi* caet. de omni miseriarum genere

B 2

nere

a) Cf. FISCHERUS in lib. laud. p. 89.

b) Cf. Dauisius ad Ciceronis de Nat. Deor. lib. I, cap. 2. et Petrus Burmannus ad Ouidium in variis locis.

c) v. c. Sil. Italicus II, 22.

m. in Diss. philolog. in Psalmum LXVIII. p. 30.



nere dici *n*) vt appareat, quam vere praecipitur a HENSLERO in nostro carmine *qualibet omnino pericula* depingi. Quod vero attinet ad HESYCHII glossam: *καρδίας θαλάσσης τῆ βυθῶ*, ad nostrum locum recte refert I. ALBERTI, castigante Is. Vossio, qui *καρδίας* in *καρδία* permutare conatur. — Verba, quae sequuntur exstant etiam Psalmo XXXXII, 3.

שברים. Fluctus dicuntur a *frangendo, collidendo o*), quam Etymologiam referuat Chaldaeus atque Syrus כרשוּלִין et ܡܘܨܘܠܝܢ, *ei o* vero *μετεωρισμοῖ* (Lat. Vet. *elevationes* et Vulg. Psalm. l. c. *excelsa*, pro quo h. l. magis accommodata ad sensum *gurgiter*), de quo vocabulo vid. SCHLEUSNER in *Spicilegio secundo*, vbi plures exstant hujus verbi significationes, quae quidem omnes ad primam τῆ μετέωρος significationem, Ies. XVII, 6. obuiam (omne, quod in altum sublatum, euectum est), reduci queunt. Symmachus vero, qui n. l. γνόφοι vertit, Psalm. l. c. habet *καταιγίδες*, quod vocabulum, vt monuit me ERNESTI *p*) Theodoretus *q*) explicat σφοδρὰ πνεύματα. Arabs denique vterque nostro loco habet ٱلْمَوْجَاتُ, quod ipsum etiam Psalm. l. c. habet versio Polygl., ita vt sequatur ٱلْمَوْجَاتُ, ad exprimendum גליות. Versio vero Maronit. vtriusque vocabuli ordinem inuertit, ita, vt hoc respondeat τῶ משבריות, illud vero τὸ גליות.

V. 5. Desumptus est ex Psalmo XXXI, 22. et Ies. XXXVIII, 11.

כגרשתי, Aquila ἐξέβην, de cuius lectionis veritate dubito. Symmachus quidem et Theodotion habent ἐξέβληθην, atque sic fine

n) Cf. Dathe in Psalmorum versione latina ad Psalm. LXVIII, 23.

o) Dav. Kimchi ad nostrum locum: כהשבר גליו הים בעת הזעה וקראו משברים.

p) in Glossis sacris Hesychii.

q) in Commentario ad Psalmum CXXXVIII, 8.

sine dubio ipse Aquila vertit; lectio vero ἐξέβην orta videtur ex scribendi compendio. Atque sic Psalm. XXXIII, 1. Aqu. et ε̄ nostrum verbum Hebr. per graecum ἐξέβαλλον interpretantur.

בְּנִרְשָׁתִי מִנְגַר עֵינַי, οἱ ὁ, ἀπόσμα ἐξ ὀφθαλμῶν σου. *Oculi vero Dei* h. l. non tam curam providentiamque diuinam, quam potius per meram Periphrasin Deum ipsum indicant, adeoque מִנְגַר עֵינַי idem est, quod מִפְּנֵי, expulsus eram e terra Israelitarum, vbi Deus in primis praesens putabatur. Quam quidem interpretationem et GROTIUS amplexus est, et sequentia confirmant,

הָא, οἱ ὁ, ἀρα. Nec vero opus est, vt cum BAUERO, auctoritate Alex. interpretum adductus legendum putes הָא, quum interrogatio (qua utitur etiam Theodotion, vertendo πῶς) saepe habeat affirmationis potestatem, in hunc modum: licet expulsus e terra Israelitarum, tamen non dubito, quin de- nuo mihi contingat esse tam felici, vt in templo tuo te sim veneraturus. Symmachus autem (de cuius variis vertendi τῆ ἡν modis vid. THIEME p. 13.) h. l. vertit ἵσως, eodem, vt arbitror, sensu, quo vsurpant τὸ ἀρα Intt. Alex. Cf. quae ad I, 6. de Particula dubitandi הָא dicta sunt. Atque hanc ipsam ob causam libenter equidem sequor ELSNERUM, qui τὸ ἵσως Luc. XX, 13. vertit, omnino, prorsus, certe, quod etiam Matth. locus parallelus (XXI, 37.) non tam suadet, quam postulat, Quid? quod etiam scriptores Graeci, qui ob puritatem dictionis celebrantur, τὸ ἵσως non tantum in dubitatione, verum saepe etiam in affirmatione adhibere solent, vt docet, praeter alios, HUTCHINSON r). — Caeterum ejusdem Symmachi elegantiae perspicuitatisque studium cerni etiam in Particula πάλιν, quo exprimit הָא, alteri verbo junctum, non est, quod pluribus ostendam, quum otium mihi facillè sciam, eundem THIE- ME p. 29.

C

V. 6.

r) in animadv. ad Xenophont, Ἀνάβασιν Κύρου Lib. III, cap. I,

V. 6. נפש, quod vulgo de morte, praecunte Ionathane (עֲדֵמוֹתָא) intelligunt interpretes, equidem malim cum MICHAELIS et LESSING s) interpretari de halitu. Caeterum caminis hujus auctor respexisse videtur ad Psalm. LXVIII, 2. et CXXIII, 5.

In verbis, quae nunc sequuntur, mira est τὸν ὄ ab Hebraico textu dissensio, ut jam olim ostendit CAPELLUS t). Et legit se quidem videntur סוף pro סוף, (ut 1. Reg. VIII, 26.) quod סוף jungunt cum תהום. et ראשי (nempe omisso ה) cum אדם לרקביו, item הריץ cum יררתי. Iam vero quod attinet ad vocabulum חבש (alligavit) per δὲν ab Alex. interpretibus expressum, videntur liberiore versione usi esse: *subiit caput meum scissuras montium*, atque ad hanc sententiam sine dubio Arabs uterque respexit. Arabs enim in Polygl. Londin. habet

u) اوسختت رأسي في شقوق اجبال
induit caput meum
scissuras montium poëtice per Metaph. paullo audaciorum pro:
scopulis infixus haereo. Versio vero Maronitica reddidit τὸ
חבש per غمس (verba enim, quae sequuntur, plane sunt eadem, quae ex vers. Polygl. modo attulimus) quod cum proprie denotet *immerfit*, *demersus* siue *cooperatus* fuit, semet *immerfit* caet. verba reddenda sunt: *immerfit se caput meum in scissuras montium*, hoc est, *versor in scopulosis locis*. — Versiones denique Hexaplares, liceat mihi Duumvirorum, FISCHERI y) atque SCHARFENBERG z) doctrinae exquisitissimae ope, in hunc modum corrigere:

תהום. Σ. ἀπέραντος. Ο. ἀβυσσος
סוף. A. παυρωσών (siue πᾶπυρος) Ο. ἐσχάτη.

Nam

s) ejus Observaciones in Vaticinia Iona et Nahumi prodierunt Chemnicii 1780. 8.

t) l. c. p. 648. ex Edit. nouiff.

u) Personam enim tertiam reponendam puto pro secunda, nixus interpret. Alex.

y) in lib. laudato. p. 32. —

z) ad Deuteron. I, 1.

Nam primum vt vindicet FISCHERUS Symmacho τὸ ἀπέραντος ad exprimendum illud תהום, in auxilium vocat Hesychii Glos-
sam: ἄβυσσος πέρασ αὐτὴ ἔχων, quod quum rectum videatur,
sequitur, vt altera τῆς תהום versio Symmachiana (θάλασσα)
delenda sit. Deinde quum SCHARFENBERG acute viderit, τὸ
ἐρυθρὰ, quod respondet τῷ הַיָּם, ab Aquila, proprietatem
verborum diligentissime secuto, nullo fere modo profectum esse:
equidem vtrumque, et θάλασσα et ἐρυθρὰ Glosam esse arbi-
tror, adscriptam fortasse ad illud παπυρεῶν siue πάπυρος, qui-
bus ad exprimendum τὸ הַיָּם vtitur Aquila Exod. II, 3. 5. pe-
titumque (vt videtur) ex loci nostri versione Chaldaica a) locis-
que V. T. vbi הַיָּם יָם dicitur de mari rubro b). Caeterum po-
tuit per se sane תהום verti θάλασσα, quum sit vocabulum
poëticum pro illo יָם, quod docet, 1) Iob. XXVIII, 14. vbi
תהום et יָם conjunguntur in membris parallelis, 2) τὸ ἄβυσ-
σος, quod plerumque respondet τῷ תהום et proprie est Adje-
ctiuum, adhibeturque de omni re profunda c), 3) Ies. XXXXIV,
27, et Iob. XLI, 23. vbi צולה et מצולה eodem vocabulo grae-
co exprimitur, de quo cf. quae dixi ad v. 4.

v. 7. קצבי, οἱ ὁ, σχισμαί, ratione, vt videtur, habita
significationis *difficandi*, quae obtinet in Dialecto Arabica.

בער; Particula haec quum frigeat sane in tam sublimi
oratione, atque insuper verbum aliquod debeat subintelligi,
nescio equidem, vtrum Alex. versionis ope mihi liceat, non
tam emendare Hebr. Text. (quod mihi plane non arrego) quam
potius conjecturam in medium afferre, de cuius pretio statuen-

C 2 do

a) וְיָם הַיָּם.

b) Cf. Fulleri Miscell. III, 20 et Clericus ad Exod. X, 19.

c) Sic πλοῦτος ἄβυσσος — λίμνη ἄβυσσος apud Diodorum Sicul.
I, 139. ἄβυσσος, ὁ, ἢ sc. τόπος, χώρα; ἄβυσσον, τὸ sc.
χάσμα, magnus hiatus terrae 2) de orco siue inferno, quae
quidem significatio N. T. scriptoribus est vfitatissima; sic pro
ἀδης (שׁוֹלַיִם) τῶν ὁ, Deuteron. XXXII, 22, Iulianus Mar-
tyr in Apologia prima Cap. 77. ἄβυσσος ponit.



do iudicium omne lectoribus relinquo. Verba igitur Hebraica, **הארץ כרויה כערי לעולם**, quum verteint **οἱ ὅ γῆ, ἧς οἱ μο-
χλοὶ αὐτῆς κάτοχοι αἰώνιοι**, malim pro **τῶ כערי** substituere
נעלי d), quod ad terram attinet, vectes ejus detinentes in ae-
ternum, terrae vectes perpetuo inclusum me tenent. Verum
enim vero quum Ionae interpres Graecus, vt statim ab initio
libelli admonuimus, saepe Paraphrasi vtatur, adeoque **κάτοχοι**
illud **דו היה**, in Hebr. Text. omissum, exprimere possit, ipse-
met huic conjecturae pretium quam maxime exiguum tribuen-
dum puto. Caeterum glossam, quam BELIVS ex Glossario Ms.
in Cantica laudat, **κάτοχοι κατέχοντες**, ad nostrum locum vi-
detur pertinere. Versio vero Lat. Vet. quum habeat nostrum
loco *retinacula* (**κατοχῆς**, quo vtitur Symmachus Exod. XXVI,
17. ad exprimendum **דו ידות**, cardines), auctor eius, nisi me
omnia fallunt, legit omnino ipsum substant. quod conjecturam,
quam modo attulimus, vero similem reddere videtur.

שחת denotat non secus atque **בור** et *foueam*, et, maxi-
me apud Poëtas, *sepulchrum*. Cf. Psalm. CIII, 4. Pertinet
vero ad vtrumque locum Glossa Phavorini **ἐν Φθορᾶς ἐν θά-
νάτῃς**. Etenim nostro loco **οἱ λοιποὶ** habent: **ἀναβίτω ἐν Φθο-
ρᾶς ἢ ζωῆ μᾶ**, quae est ipsa lectio **τῶν ὁ** secundum Cod. Alex.
atque exprimitur insuper in versione Lat. Vet. Caeterum cf.
Psalm. VII, 15. vbi **בור** et **שחת** inuicem sibi respondent atque
οἱ ὁ posterius verbum reddunt **βόθρον**.

v. 9. Vates respexisse videtur ad Psalm. XXXI, 7. **הכלי-
שוא**. Vtrumque verbum Synonymon esse et de idolis dici,
satis constat. Atque bene MICHAELIS vertit in hunc modum:
dem lügenhaften Nichts e) et Sal. Iacchi **ש"ה"מ** explicat
אומות העולם העוברים עבודה זרה. Symmachus vero, qui
uertit **ἀτμὲς μάταιας**, respicit primam verbi Hebr. significatio-
nem,

d) Participium a Verbo **נעל**, clausit fera vel pessulo (**מנעול**
pessulus) deficiente **τῶ מ** plur.

e) Sic **אלילים**, idola.

nem, qua denotat *habilitum*. Conf. MICHAELIS f), qui simul apostolite monet g), Graecum ἀτμίς in Libro Sapientiae (VII, 25.) obuium, verti a Syro per ܐܬܡܝܣܬ. Caeterum in Aquilae verbis FISCHERVS h) τὸ ἀποφουλασσόντων dividi iubet in ἀπὸ φουλασσόντων, vt habeat Genit., vnde pendeat.

דחסר. Sequor in explicando hoc vocabulo DATHIVM, qui *felicitatis auctorem* interpretatur. Alex. vero Iudaei verbum accepisse videntur eodem, quo dixi, sensu, quum τὸ ἔλεος ex Hebraica potestate non *miseritordiam*, sed *gratiam* et *beneficia* denotet. Caeterum vt hoc addam, hunc totum versum bene et eleganter IONATHAN expressit his verbis: לֹא קַעַמְמִיָּא פְּלַחִי שְׂעוּרָהּ מֵאַתֵּר דְּאַתּוּשְׁב לְהוֹן לִיּה אֲנֹן יִרְעִין .

v. 10. הוורה, οἶδ, ἀνέσεως καὶ ἐξομολογήσεως. Alterutrum verbum (legitur vero vtrumque in Arabe Polygl. et Maronit. expressum) h. l. abundare ipse DERVSIVS agnoscit, qui se nescire fatetur, vtrum textus τῶν δὲ e Glossa quadam, a librario margini adscripta, an potius omnino ex alius interpretis versione interpolatus sit. Res fere eodem redit, licet equidem malim priorem amplecti sententiam, quum occurrant saepe in aliis locis duo vocabula synonyma, v. c. Ief. L I, 3,, vbi praeter הוורה legitur etiam וּמְרָה, οἶδ vero illud ἐξομολόγησις, hoc ἀνεσις vertant caet.

ישועתה. Vocabulum graecum, quod huic respondet, in vitio esse, ipsa lectionis varietas arguere videtur. Etenim pro: ὅσα ἠύξαιμην ἀποδώσω σοι σωτηρίου τῷ κυρίῳ, quod legitur in Cod. Vat., Alexandrinus habet: ὅσα ἠύξαιμην ἀποδώσω (εἰς) σωτηρίῳν (μου) τῷ κυρίῳ, Complut. vero editio: ὅσα ἠύξαιμην ἀποδώσω σοι εἰς σωτηρίαν μου τῷ κυρίῳ. Verum enim vero, si

C 3

diui-

f) in supplementis ad Lexica Hebr. sub h. v.

g) in poetisch. Entwürfe der Gedanken des Prediger - Buchs Salomons - ad Cap. 1, 1. — et in Biblioth. Orient. et Exeget. Tom. XIII. p. 89.

h) in libro laudato p. 20.



diuinare licet, rescribere malim: ὅσα ἡσυχάζειν ἀποδώσω σοι, σωτήριον τῷ κυρίῳ, nixus Italiae auctoritate, in qua exstat: quae-
eunque voui reddam tibi salutare domino (quod Hieronymus
exposuit, *pro salute*) ita vt ad σωτήριον subintelligi debeat ἑσ-
μα vel simile quid. Sed placet etiam εἰς σωτηρίαν τῷ κυρίῳ (in
salutem a Deo mihi exhibitam), fere vt Sal. Iarchi, qui ante
הנהישי supplet ה; nec minus σωτηρίῳ τῷ κυρίῳ (salutis aucto-
ri, Domino) atque sic fere vterque Arabs.

V. II. Laudat hunc locum IO. BERN. KOEHLER *i*), cuius
noster, eo consilio, vt ostendat, folere a scriptoribus Orienta-
libus verba, quae facile possint suppleri a lectoribus, saepius o-
mitti. Quod ipsum valet in primis de Genes. III, 8. vbi ver-
ba τῶν ὁ: διέλθωμεν εἰς τὸ πεδῖον, non exstant in Hebr. Text.,
sed desumpta potius videntur ex Pentateucho Hebraeo - Samarit-
ano *k*), vt habent omnes omnino Codices Samaritani, ab Hou-
bigantio collati, illam ῥῆσιν *l*). Verum enim vero locum, quem
tractamus, alio modo explicari posse existimo, vt nulla Ellipsi
sit opus, modo veritas alterum γ per *vt*. Constat enim fatis τὸ ῥῥΝ.
*ju*ssit, non solum cum infinitiuo (cf. v. I.) verum etiam cum verbo fi-
nito interueniente Particula γ, h. e. *vt*, construi; atque hanc ipsam
huius loci interpretationem confirmare videntur interpretes Alex.
Qua quidem ex causa, vt praeclare vidit GATAKER *m*) intelligi planif-
sime potest, cur in N. T. τὸ εἰπείν, quod Graecis construitur sequen-
te Infinitiuo (vt etiam in Actis XXII, 24.) excipiat Coniunctio
ἵνα; v. c. Matth. III, 3. caet.

CAP.

i) Repertorium II, 243.

k) Cf. (HASSENCAFF) *Entdeckter Ursprung der alten Bibelübers.*
p. 211. sqq.

l) Cf. DATHE in Dissert. de Difficultate rei criticae. p. 22.

m) in Dissert. de N. Instrumenti Stylo Cap. XXVIII. (p. 136.
Opp. Critt. viri ejusdem, quae prodierunt Trajecti ad Rhe-
num 1698. Fol.)

CAP. III.

v. 2. **הקריאה** *הי* *ה*, *τὸ κήρυγμα τὸ ἔμπροσθεν*. Videntur sane verba posteriora adjecta esse ab ipsis Alex. interpretibus, ratione nimirum habita mandati divini, quod legitur supra (1, 2.) licet possint etiam versio esse interpretis ignoti, qui pro **הקריאה** legerit **קריאה** prior. Sed explicatio, quam priori loco posuimus, nobis magis arridet. Atque ipsa Lat. Vetus habet *praedicationem priorum*.

v. 3. **כרבר יהוה**, *הי* *ה*, *καθὰ ἐλάλησε κύριος*. In Cod. Alex. et editione Complut. legitur *καθώς*, quod a *τοῖς ὁ* frequentius vsurpatur, quam illud *καθὰ*, quod exhibet Cod. Vatic. Conf. FR. GUIL. STURZ, n) qui in hanc rem laudat MAN. MOSCHOPHYLVM ita praecipientem: *τὸ καθὰ οἱ Ἀπτικοὶ χρωόντων, τὸ δε καθὼς οὐδέποτε. Ἄλλ' ἢ τῶν Ἀλεξανδρέων διάλειτος, καθ' ἣν ἡ θεῖα γραφή γέγραπται*.

גדולה לאלהים *הי* *ה* *μεγάλη τῷ θεῷ*, *maxima*, de quo nominis divini vsu vix opus est, vt moneam, quum constet, illo rei excellentiam atque praestantiam (eodem modo, quo *δῖος* Homero vsurpatur) indicari o). THEODORETUS vero in Praefatione in Ionam, hujus Hebraismi, obvii etiam in N. T. libris, negligens, Niniven vocat *πόλιν μεγίστην*. Caeterum pari ratione intelligendum arbitror Chaldaicum **קדם יהוה**, coram Deo (quod GROTIUS, nescio, cur? explicat: *Deo eam argento*) quum cuilibet facile appareat, Chald. **קדם** non secus, atque Hebr. **לפני** meram periphrasin esse casus tertii, atque utrumque **קדם יהוה** et **לפני יהוה** innuere *rei veritatem*, adeoque Adjectiva, quibus additur, Superlativi potestate gaudere. Quid? quod

n) in Dissert. de Dialecto Alexandrina ratione simul habita versionis libb. vet. Tess. graecae Lips. 1786. — p. 53.

o) Dav. Kimchi ad nostrum locum: **כל דבר שרוצה להגדילו: סומך אותו לאל דרך הגדלה**.



quod in N. T. τὸ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ aliis verbis v. c. τῶ δυνάμεις (Luc. I., 6.) additum, eodem modo intelligi debet.

מַהֲרֵךְ. וְיָדָע, וְיָדָע, וְיָדָע. Duplex videtur versio, atque το ἰδοὺ prorsus alienum, quod vel versus sequens indicat, ubi in Cod. Vatic. tantum πορείαν existat, licet Cod. Alex. denuo exhibeat verbum vtrumque.

v. 4. אֲרַכְשִׁים וְיָדָע (quos Arabs sequitur, non item Syrus, qui Hebr. Text. lectionem exprimit), תְּרַשֵּׁס. Librarium vitium jam suo tempore agnovit THEODORETUS, ita vt AVGVSTINVS c) in conciliando vtroque numero perperam defudasse videatur. Nimirum admodum vero simile est, vt ait SCHARFENBERG d) a scriba permutatas esse literas Γ. et Μ, vel, quod SEMLERO e) placet, signum Graecum Μ acceptum esse pro III. Romano. Verum olim in versione Alex. re vera existisse τρισεξακοντα, quem numerum exhibent etiam reliqui interpretes graeci, non modo credibile est ipsi THEODORETO, verum indicat etiam IUSTINUS locus (in Dialogo cum Tryphone) laudatus ab iisdem viris, ubi mirum in modum vterque numerus coaluit. Conf. etiam quae de Ephraeme Syro, qui laudat Hebr. textum in Commentario ad nostrum locum, nuperrime dixit G. L. SPORN f.)

v. 5. אֲנָשֵׁי נִירוּהָ. οἱ ὁ ἀνδρες Ννευή, ex Hebraismo, loco Ννευήται, vt bene docet VORSTIVS g), cui tamen in formulis ἀνδρες Ννευήται et similibus in N. T. obviis, comparandis cum Graecis illis ἀνδρες Ἀθηναῖοι caet., vix ac ne vix quidem assentior, meliora quippe edoctus a KREBSIO h), qui in phrasibus illis, quae a

N,

p) de Ciuitate Dei. XVIII. 44.

q) ad Cappelli Criticam Sacr. p. 676.

r) in Vorbereitung zur theologischen Hermeneutik St. I. p. 417. in epistola ad Griesbachium p. 49. caet.

s) in Dissert. de ratione textus Biblici in Ephraemi Syri Comment. obuii eiusque critico vsu. Lips. 1786. — p. 35.

t) in Philologia sacra. p. 459.

u) in Lexico N. T. Schoettgeniano sub γ, ἀνής.

N. T. Scriptoribus frequentantur, verbum ἀνῆρ pleonastice additum, in auctoribus vero profanis aliquid honorificum venerationeque dignum τῷ ἀνῆρ inesse contendit.

מְחַבְּרֵי כְּתוּבֵי הַתּוֹרָה, אֵלֶּי אֵלֶּי, ἐπίσευσαν τῷ Θεῷ. Quae quidem versio docet, nullum discrimen, quod somniavit olim interpretum vulgus, cerni inter formulas illas: πιστεύειν τινι, ἐν τινι, εἰς τινα, ἐπὶ τινι sive τινα. Caeterum primam τῷ ἸΩΝ notionem esse firmiter tenere, bene docet CHRISTOPH AVG. BODE x) laudans ad hanc rem demonstrandam vocabulum derivatum חֲבֵרָה columna. Verum comparari etiam potest, vt ex ipsis Hebraicis libris pateat, quod volumus, Iesaiæ locus notissimus (XXVIII, 16), vbi divinus vates popularibus, qui rite dicto sunt audientes prophetarum oraculis (nam de his sane locus ille intelligi debet, quod et contexta orationis series clamat, et optimorum interpretum y) consensu probatur) summam securitatem omnisque generis bona pollicetur in hunc modum: שִׁיחַ לֹא יִמְנָסֶנּוּ, qui firmiter tenet (illum lapidem), nil timebit z). Caeterum Apostoli, qui locum hunc ad Christi, Servatoris, beneficia transferunt (Rom. VIII. 33. X. 11. et I Petr. II. 6.) τῷ πιστεύειν addunt ἐπ' αὐτῷ, ita vt res comparata et comparatio ipsa conjungatur, more sacris scriptoribus familiari. Conf. Ephes. VI. 14 - 17.

מְחַבְּרֵי וְעַד הַמְּחַבְּרֵי אֵלֶּי אֵלֶּי, ἀπὸ μεγάλου αὐτῶν ἕως μικροῦ αὐτῶν. Equidem h. l. non sequor THEODORETVM, qui hunc Hebraismum a) de hominibus intelligi jubet, cum diuitiarum

co-

- x) in Comment. de primaeva radicum Hebr. significatione ex Dialectis Orient, et maxime quidem Arabica feliciter eruenda. Helmstadii, 1754. p. 8.
- y) v. c. DOEDERLEIN in Biblioth. Theol. III. p. 91.
- z) Michaelis in Supplem. sub v. שִׁיחַ et Zemisch in Dissert. de Analogia linguarum. p. 53.
- a) de quo omnium optime exposuit Vorstius in Philologia sacra. p. 512. sqq.

D



copia affluentibus, tum rerum ad victum necessariorum inopia laborantibus (ὄϊτε πλούτιοι κομῶντες, καὶ οἱ πενίᾳ συζῶντες); videturque potius formula illa h. l. iis annumeranda esse, quibus circumscribitur *hominum universalitas*, vt ait VORSTIUS. Quod ipsum optime apparet ex Genes. XIX, 4. vbi verbis Hebraicis: מְנַעַר וְעַרְוֹתָן explicacionis causa additur: כָּל-הָעָם מִקְצָה h. e. omnis omnino populus. b) Caeterum ad formulas illas, quae vniuersalitatē expriment, refero etiam, vt hoc obiter moneam, illum loquendi usum, a VORSTIO quidem omissum, allatum tamen a GLASSIO), quo Masculinum et Femininum ejusdem nominis coniungi solet a scriptoribus Hebraicis, v. c. Ies. III. 1. caet. Atque sic intelligendum puto Iac. III, 4. in quo loco vocabula *strumque* genus exprimentia μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες, cave, vrgeas.

V. 6. אֲרַת c). Acquiesco in significatione, quam Etymologia (אֲרַת, magnificum esse) et contextum iubet, atque verto: *vestis regia*, vestigia premens Chaldaei, qui habet לבושי יקרין, vestes gloriae suae. 'Οι ὁ vero verbum illud Hebraicum reddunt per σολήν, quod vocabulum quum non de *vestibus* omnino, nec de *certo genere vestis* tantum, sed de *toto ornatu et cultu corporis* adhiberi soleat o), nescio, an interpretes illi consilio et studio elegerint σολήν.

V. 8. Continuatur etiam hoc versu regii edicti summa, quod patet, ex versu sequenti. Verum secundum τοὺς ὁ, qui in fine versus addunt: λέγοντες, loquitur ipse libri auctor.

בְּחֻקָּה

b) אֲבֹתָם אֶחָד, ad vnum omnes; conf. *Schultens* in *Animadversis*, Philoll. et Critt. p. 9. sq. et versio graeca τῶν ὁ ad n. 1. vbi intelligenter τὸ ΜΑΚΡΑ redditur per ἀμυ.

c) *Michaelis* in *Supplementis* interpretatur *vestem pellinam*.

d) vt docet *Jac. Perizonius* in *Commentario ad Aeliani Varias Historias*, 3, 24. Cf. *Xenoph. Cyrop.* 3, 3, 19. ibique *Interpretes*.

בְּחֹקֶה, *oi ó, ἐκτενῶς*, bene. (Dav. Kimchi: **בְּכֹרֶה לֵב**). Nam crebro ab Hebraeis nomina poni pro Aduerbiis solent, vel nude, vel particulis **ב** et **ל** ornata, vt praecipit FISCHERVS e). Verum in Estherae additamentis, infertis post Cap. III, 17. seruat̄ur Hebraismus, *ἐξ ἰσχυρός f*) h. e. **אֵת הַקָּה** (vt in alia re dicitur Cap. VIII, 29.), siue **בְּחֹקֶה** (quod nostro loco exhibet Chaldaeus Paraphraestes). Caeterum Aduerbiū illud *ἐκτενῶς* margini adscriptum videtur apud Ioëlem in simili loco (I, 14.), quam sententiam amplectitur etiam I. C. R. ECKERMANN g), quum in alia omnia abire videam DRVSIVM, a cuius partibus praeter alios stat etiam TROMMIVS in Opere, quod pristinorum temporum barbaries *Concordantiarum* nomine insignire maluit.

אֲשֶׁר הַכְּפֹהֶם, videtur mera periphrasis Affixi. Vid. Psalm. VII, 4. (quem respicit fortasse auctor) collato Genes. XXXXIII, 22. (secundum *τοὺς ó*) quem locum laudat in hanc rem FISCHERVS h).

V. 9. **מְרִוּרֵע**; Vulg. Syr. et O. supplet (vt Ioel. II, 14.) **אֵת**, quae Particula addita legitur Esth. III, 14.

יִשְׂרָאֵל. Potest duplici modo explicari (nam illos, qui hanc *ἰσχυ*, Jonathane duce, pertinere putant ad incolas, v. c. LESING l. c. non sequor), vt vel absolute reddatur: *reuerſi*, quod de Deo adhibitum notat, *minas non exsequi, beneuolum esse*.

D 2

vel

e) in lib. laud. p. 89.

f) pro quo substituere videtur versio Chaldaica, quam ex Cod. Pii VI. edidit I. B. De Rossi, **כְּחֹרֶה**, simul, ad unum omnes — p. 132. Edit. Tubingenſis.

g) in Joelis versione germ. quae prodit Lubecae et Lipsiae. 1786.

h) in Specimine Clavis Reliquiarum verſſ. Graecc. V. T. p. 9. Add. Eiusdem Proluſſ. iam saepe laudatas. p. 95. ſqq.



vel conjungatur cum verbo sequenti **סחג**, atque vim habeat particulae *denique*. Quae quidem posterior loci interpretatio nobis praeplacet. Atque sine dubio **וְאֵלֶּיךָ**, **סחג** vno verbo reddunt *metanoēin*, *sententiam mutare*, quod h. l. ex orationis contextu de *μεταβολῇ τῆς ἀπειλῆς*, (quae sunt verba *Theodoretii*) intelligi debet. Postea vero loco verbi *μετανοήσαι*, librarius quidam margini apposuisse videtur *ἐπιστρέψει καὶ παρακληθήσεται*, quae lectio exstat etiam nunc in Cod. Alex. caet. atque ab auctore Italiae legitur expressa. Conf. v. sq. vbi pro *μετανόησεν*, quod est in Cod. Vatic., editio Complut. habet *παρακληθήθη*, vt Cap. III, 2. *παρακαλούμενος* pro *μετανόων*. Verum quum constet, exemplum Alex. versionis Complutense refertissimum esse verbis reliquorum interpretum, vt praecclare animaduertit FISCHERVS i), parum abest, quin in eam adducar sententiam, vt credam, τὸ *παρακαλεῖσθαι* in tribus illis, quos laudauit, versiculis, non tam librarii Glossam (desumptam fortasse ex 2 Sam. XXIII, 16.), quam ipsam potius versionem alius interpretis esse, quum *ἐστρεῖς* illud **סחג** saepe reddiderint *παρακαλεῖσθαι*, vt Lexici Montefalconiani vsus quemlibet docebit.

CAP. III.

V. 1. **וְאֵלֶּיךָ**. **וְאֵלֶּיךָ**, qui h. l. *συγχύεσθαι* habent, v. 4. et 9. atque tribus insuper locis aliis vertunt *λυπηθῆναι*. Quam quidem in rem confer, quae MICHAELIS (in suppl.) profert, vbi inter alia, „sunt, inquit, ira et tristitia ita cognati affectus, vt „soleant non vna in lingua in verbis etiam haec pro illa poni.“

V. 6. **וְאֵלֶּיךָ**. Non est, quod de hujus vocabuli significatione pluribus agam, quum noti sint libri, hac in re consulendi. Hieronymus quidem, secutus A. *καὶ τὰς λοιπὰς*, qui *μισθόν*

i) in Proluss. modo citatis. p. 96. et in Proluss. de Vitiis Lexicorum N. T. passim.

ὄν vertunt, intellexit *hederam*, controuerſaeque *cucurbitariae*, vt Drufius illam vocat, occaſionem dedit. Alii vero interpretes, inter quos eminent BOCHARTUS, CELSIUS et MICHAELIS ricinum intelligunt, qui Aegyptiis vocabatur *κίκυς* (1), aliis *κρότων* (2). I. E. FABER (3) denique defendit verſionem τῶν ἑ, qui *καλοκύνθην* reddiderunt verbum Hebr. cuius cum Aegypt. vocabulo *κίκυς* ſoni ſimilitudo primaria cauſſa fuiſſe videtur, cur plerique ricinum interpretentur.

הרזיל, ὅι ὄ, τῆ σιδάζω, deriuantes ſcilicet Infinitiuum illud a verbo הרזיל, quod ex ſuperiori oratione in mente verſabatur oſcitantis interpretis, vt ait KNAPP (4), a cuius partibus etiam ſtare video FISHERUM (5). Idemque contigit homini, qui graece vertit Samuelis libros, dum aliquo loco (2 Sam. XX. 6.) הרזיל reddidit per *σιδάσει*, pro quo ἄλλ. habet *σικεπασθῆναι*, quemadmodum Complut. editio noſtro loco exhibet *περισκεπεν*, quod ob verbum להגנן, in paraphraſi Chald. exiſtans, praeplacere videtur DRUSIO. Qui quidem, num audiendus ſit, quum, in auxilium vocans Habac. II, 9., vbi ὅι ὄ vertunt *ἐκσπασθῆναι*, Aldina vero editio *σικεπασθῆναι* habet, noſtro loco *ἐκσπάσαι* legere mavult, quam *σιδάζω*, me peritiores iudicent.

V. 8. רוח קרים, ventus orientalis. Alexandr. interpretes h. l. vertunt ad ſenfum *πνεῦμα καύσων*, quia aestum afferre et adurere ſolet, vt bene praeter alios docet PETR. ZORNIUS (6).

חרישית

k) cf. Repertor. T. XIII. p. 7.

l) Conf. STURZ in Differt. laud. p. 44.

m) in verſione libri: *Beobachtungen über den Orient, aus Reisebeschreibungen, zur Aufklärung der heil. Schrift*, quem Anglice ſcripſit HARMAR, Theil I. p. 140.

n) in Differt. prima, ſupra laudata, p. 22.

o) in Proluſſ. quarum ſaepe mentio facta eſt p. 17.

p) in *Historia Fiſci Iudaici* p. 15. conf. Eiuſdem *Opusculorum ſacrorum* Tom. II. p. 138. ſqq. vbi verſionem illam *Periegetarum* confirmat testimoniis.



קְרִיָּה, *δὲ δὲ, συγκρίων*; sensum non videntur affecti, meliusque IONATHAN **קְרִיָּה** quietus.

שאל את-נפשו למות. Conf. de hac formula, quam *δὲ δὲ*, 1 Reg. XVIII, 4. satis obscure et singulorum verborum nimis tenaces, interpretati sunt *αἰτῆσθαι τὴν ψυχὴν αὐτῆ ἀποθανεῖν*, FISCHERUS *q*), collaudans simul eosdem interpretes, qui nostro loco vocabulum elegantius *ἀπολέγσθαι* adhibent. Verbum vero *ἀπολείπεσθαι*, quod in editione exstat Complut., idem vir Summus Symmachotribuendum esse censet.

כִּי. Alex. interpretes scite h. l. Particulam, cui alias quum proprie sit Nomen substant. interuallum, spatium, quod est inter duas res, τὸ μεταξὺ denotans τὸ ἀνά μέσον respondet in vertendo omiserunt. Verum quum Iustinus exhibeat *ἀνά μέσον δεξιῶς καὶ ἀνά μέσον ἀριστερῶς*, bene monet F. A. STROTH *s*), vel hujus Patris, seculo II. florentis, et a linguae Hebraicae notitia alienissimi, tempore, textum τῶν ὁ varii generis Glossis interpolatum fuisse.

q) in Proluff. commemoratis. p. 117.
r) Cf. FISCHERUS l. c. p. 58. sqq. vbi phrasin **אִשׁ'הַבְּנִים** in 1

Sam. libro obuiam, egregie explicat.

s) in Repertor, Tom. II. p. 82.

Atque haec quidem in praesentia hactenus. Verum enim vero, quid impedit, quo minus, maxime in Commilitonum gratiam, *Iosephi* de Iona periocham eo consilio addamus, ut appareat, quomodo rem, quam Graecus interpres idiomate Hebraeo - graeco expressit, Iudaicae gentis Historicis insignis non solum dicendi genere trastraverit puro ab Hebraismis, verum etiam ita, ut ad Atticam elegantiam, qua Historici graeci, in primis Thucydides, usi sunt, propius accessisse videatur s). Is igitur, quum oracula, quae sub Iona nomine in sacro codice exstant, maluerit ad eum referre, de quo 2 Reg. 14. sermo est, quam cum aliis, in primis interpretibus recentioribus, Apologum statuere, Archaeol. l. 9. c. 10. ubi de Ieroboamo 2., Israelitarum rege, loquitur, Historiam in hunc modum t) exornat:

Κελευσθεὶς Ἰωνᾶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πορευθῆναι μὲν εἰς τὴν Νῆιν βασιλείαν, κηρύξαι δ' ἐκεῖ γινόμενον ἐν τῇ πόλει, ὅτι τὴν ἀρχὴν ἀπολέσει, δεικνῶν οὐκ ἀπῆλθεν. ἀλλ' ἀποδιδράσκει τὸν Θεὸν εἰς Ἰόπην πόλιν, καὶ πλοῖον ευρῶν ἐμβας, εἰς Ταρσὸν ἔπλει τῆς Κιλικίας. ἐπιγενομένου δὲ χειμῶνος σφοδροῦ αἰετοῦ καὶ κινδυνεύοντος καταδύναι τοῦ σκάφους, οἱ μὲν ναῦται καὶ ὀκυβερνήτης, καὶ αὐτὸς ὁ ναύκληρος εὐχὰς ἐποιοῦντο χαριστήριους εἰ διαφύγοιεν τὴν θάλασσαν. ὁ δὲ Ἰωνᾶς συγκαλύψας αὐτὸν ἐβέβλητο, μηδὲν οὖν τοὺς ἄλλους εἴρα ποιῶντας μισοῦμενος. Ἀὔξαντος δ' ἐπὶ μᾶλλον τοῦ κλύδωνος, καὶ βιαιοτέρας γενομένης, ὑπὸ τῶν πνευματῶν τῆς θαλάσσης, ὑπονοήσαντες, ὡς ἐνδέχεται, τινὰ τῶν ἐκπλεόντων αἰτίων αὐτοῖς εἶναι τοῦ χειμῶνος, συνέθεντο κλήρω, τούτου ὅστις ποτὲ εἴη μάθειν.

s) *Ernesti* dissert. de stilo *Iosephi* inserta opusc. Philol. et Crit. Edit. 2.

t) ex recensione *Sigeb. Havercamp.*

— — — — —

Θεῶν. Κληρωσαμένων οὖν ὁ προφήτης λαγχάνει. Πυνθαμέ-
νων δὲ ποθέντε εἶη, καὶ τί μετέρχεται τὸ μὲν γένος ἔλεγεν Εβραῖος
εἶναι προφήτης δὲ του μεγίστου Θεοῦ. συνεβουλευσεν οὖν αὐτοῖς, εἰ
θέλωσιν ἀποδράσαι τὸν παρόντα κίνδυνον, ἐκβαλλειν αὐτὸν εἰς
τὸ πέλαγος. αἴτιον γὰρ αὐτοῖς εἶναι τοῦ χειμῶνος. εἰ δὲ τὸ μὲν
πρῶτον οὐκ ἐτόλμων, κρηναντες ἀσέβημα εἶναι ξένον ἄνθρωπον, καὶ
πεπισκευότα αὐτοῖς τὸ ζῆν, εἰς Φανεράν οὕτως ἀπώλειαν ἐκείψαμ.
τελευτῆον δ' ὑπερβιαζόμενοι τῷ κακῷ, καὶ ἔσον οὐ πῶν μέλλοντος
βαπτίζεσθαι του σκαφους, ὑπό τε του προφήτου παρορηθέντες
αὐτῷ, καὶ ὑπὸ τοῦ δεύς τοῦ περι τῆς ἐαυτῶν σωτηρίας. εἰπτο-
σιν αὐτὸν εἰς τὴν θαλασσαν. καὶ ὁ μὲν χειμῶν ἐσάλη. τὸν δὲ, λό-
γος, ὑπὸ τοῦ κήτους καταποθέντα τρεῖς ἡμέρας καὶ τοσαύτας
νυκτας, εἰς τὸν Εὐξεινον ἐκβρασθῆναι ποντον, ζῶντα καὶ μηδὲν
του σώματος λελωθῆμενον. ἐνθα τοῦ Θεοῦ δεηθεῖς συγγνώμην αὐ-
τῷ παρασχέιν τῶν ἡμαρτημένων, ἀπῆλθεν εἰς τὴν Νινευὴν πόλιν
καὶ σαθεῖς εἰς ἐπήκοον ἐκηρυσσεν, ὡς μετ' ὀλίγον πάντῳ χρένον
ἀποβαλῶσι τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας. Καὶ ταῦτα δηλώσας ὑπε-
ρεψε.

Atque Iosephus quidem in hunc modum. Nos vero vix ac
ne vix quidem temperare nobis possumus, quin paullo vberius osten-
damus, quam eleganter singula H. T. verba phrasisque doctissimus
Iudaicae gentis scriptor expresserit. Quod quidem ipsum, atque
etiam alia, quae v. c. spectant Iosephi usum, quum *Criticum* exi-
gium circa H. T. tum *Hermeneuticum* insignem in explicandis ver-
sionem formulis Hebraeo-Graecis, jam sponte mittimus, partim ne
libelli huius fines transgrediamur, partim quum negotium vtrumque
relinquatur merito Viris, quibus est minus curta doctrinae exqui-
sitioris supellex. Sed quoniam supra (ad 1. 9.) nos de formula il-
la עבר ירוה paullo accuratius exposituros fidem dedimus, vt vi-
deamur etiam stare promissis, pauca, quae sequuntur, in prac-
sentia addenda putauimus. Quam vere igitur praecipitur a viris
doctissimis, עבר ירוה in tali orationis serie, qualem depre-
hendimus 2 Reg. 14. aliisque locis oppido multis, denotare *mi-*
nistrum



nistrum confirmat Esth. 2, 18. vbi עבדים redditur Φίλοι u). Nam in versione τῶν ὁ transposita esse verba, ita, vt δυνάμεις pertineat ad עבדים, Φίλοι ad עבדים, statim apparet, vt demonstracione indigeat nulla. Nec minus huc pertinent eiusdem libri similes loci, ex quorum numero iuvat simul duo hic apponere. Et primum quidem 1, 10. verba Hebr. כַּמְהַרְהֵם אֲנִי בְנֵי הַמֶּלֶךְ οἱ ὁ δὲ διάκονοι τοῦ βασιλέως vertunt; bene, nec opus est, ante Genitiuum cum Origene inferere: πρὸ προσώπου, quod redolet Hebraismum. Editio vero Antiorigeniana habet h. l. οἱ παῖδες, propterea quod loco τῶν עבדים, ministri, ponitur interdum עָרָם; cf. 2, 2. vbi οἱ ὁ de- nuo οἱ διάκονοι τοῦ βασιλέως, Iosephus vero l. c. οἱ Φίλοι. Simili- ter etiam huc refero I Reg. 10. 8. vbi verba τῶν δ, οἱ παῖδες σοι οὐ- τοι οἱ παρεστηκότες ἐνώπιον σου διόλου itidem intelligenda sunt de Salomonis ministris primariis, quod docet Iosephus x) qui regi- nam illam admiratam fuisse dicit, τὰ τῆς παρασκευῆς αὐτοῦ καὶ διακο- νίας et paullo post eandem ita loquentem inducit: μακάριον εἶναι κρινῶ δούλους τοὺς σουσ καὶ φίλους. Cf. etiam locum parall. 2 Chron. 9, 4. vbi עבדים עָרָם et עָרָם עבדים (παῖδες et λει- τῶργοι) inuicem sibi respondent. Atque eodem modo, vt hoc obi- ter moneam, interpretandum puto verb. φερραπέειν (aulici mi- nistri officii fungi) obuium Esth. 2, 19., quod, quomodo cum Hebr. ויש, (versari in aula regia,) concilietur, sunt, qui se nesci- re fateantur, quum tamen ratio sit facillima, modo teneas, pro Anteced. adhiberi h. l., vt alias, ab interpretibus graecis Conse- quens. Quam quidem interpretationem egregie, si quid video, confirmant non solum Xenophontis y) et Herodoti z) loci, quos

D 2

apposi-

u) Iosephus Archaeol. XI, 6. οἱ πρώτοι τῶν ἔθνων.

x) Archeol. VIII, 6, 5.

y) Cyrop. 8, 1, 2. Ἐδοξε τοὺς ἐντίμους αἰεὶ παρῆναι ἐπὶ θύρας, καὶ παρέχειν αὐτοὺς χρῆσθαι, ὅ, τι βουληταί, ἕως ἂν ἀφῆν Κύρος.

z) 3, 120. vbi laudatur ἐπὶ τῶν βασιλῆος θυρέων κατήμενος ὁ, τῷ Ὀρωτῆς καὶ ἄλλος Περσῆς.



217


apposite laudat Clericus in Commentario, verum etiam Iosephi a) verba, qui Textum Hebraicum conuertit in hunc modum: ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε προσμένειν αὐτόν (Μαροχάϊον) τοῖς βασιλείοις, ὄντα φίλον ἀναγκαϊότατον τῷ βασιλεῖ. Caeterum ex his omnibus, quae hactenus disputauimus, sole clarius apparet, illos vehementer errare, qui ex formula δούλος I. X., quae conspicitur in Epistolarum quarundam Apostolicarum initio, concludi posse sibi persuadent, epistolas illas non esse ab Apostolis profectas, quum, utrum δούλος scribas, an ἀπόστολος, plane perinde sit.

Verum ut ad propositum veniamus, Iosephus l. c. ubi de Iona differit, non sequitur, ut plerumque b), versione m Alexandr., sed ipsum H. T.; exhibet enim Εβραϊὸς (רַבִּי). Atque fortasse nouit uocabulo δούλος uti, quippe studiosus Graecae elegantiae purique sermonis, quo δούλος pro ministro dici uix solet, ut in exercitu. Flauianus monet *Ernesti*, quem tamen saepe in diiudicandis Iosephi Hebraïsmis nimium arbitror. Equidem enim Historico huic insigni, licet haud raro ex Alexandr. versione a sciolis librariis interpolato, atque, si Diis placet, egregie correcto, quosdam tamen loquendi modos Hebraïcos eosdemque *solemnes* vindicandos puto, quos ad graeci sermonis elegantiam accommodare aut non potuit omnino satis feliciter, aut uero etiam varias ob causas noluit. Atque in hunc censum inter alia ueniunt uerba κοινοφωγία et κοινός, ad exprimendum Hebraïcum נֶדָוּ. Etenim haec uocabula in illo sensu, quo apud τοὺς ὁ et in N. T. libris occurrunt, apud auctores profanos non inueniri, dudum obseruatum est a uiris doctis c), nec prouocari insuper recte, ut a Pfochenio aliisque factum est, ad locum Luciani, quem cum hominibus Christianis

a) Archaeol. XI. 6, 4.

b) cf. in h. rem Proluss. quas scripserunt *Spiriter* (de usu uers. Alex. apud Ioseph. Goett. 1779. 4.) atque *Scharffenberg* (de Ios. et uers. Alex. consensu Lips. 1780. 4.).

c) v. c. *Gasaker* in libro, quem *Pfochenio* opposuit, *Krebs* in Obs. in N. T. c Iosepho p. 207.



stianis rem habuisse omninoque legisse constat illorum libros, eo consilio, ut essent in promptu, quae ludibrio haberet. Verbum vero *κωδῆς* gaudere significatione Hebraica, cernitur insuper, nisi me omnia fallunt, e commentariis illis, quos de Apostolorum rebus scripsit Lucas, qui 10, 14. τῶ *κωδῆς*, ut melius intelligeretur a lectoribus, explicationis causa addidit ἢ ἀνά *σαγροῦ*, ita ut omnino non audiendus sit *Pearce*, qui verba haec postrema glossis annumeranda censet, merito hoc nomine notatus a *Michaelis d)*. Iam vero, quum Iosephi, quod recte observavit *Scharffenberg e)*, hic fuerit mos, ut verbis et formis loquendi Hebraismum redolentibus, adderet alia explicandae sententiae causa, vero simile est, illum etiam alicubi sensum τῶ *κωδῆς* expressisse graecis vocabulis, quod ipsum tamen, quippe in Historici huius libris nondum satis superque versatus, pro certo affirmare minime possum. Atque haec quidem in praesentia sufficiant. Quae enim insuper de hac re habemus in promptu, ea malumus in aliud referuare tempus, partim ne justos libelli fines transcamus, partim vero, ut maiorem interim cum Iosephi libris contrahamus familiaritatem. Etenim in eo sumus, ut peracta opera, quam in legendis Graecis Historicis, inter quos *Thucydidem* in primis imitatus est Hebraicus homo, in praesentia collocamus, ad lectionem nos accingamus ipsius *Iosephi* ita, ut in primis usus, quem interpretandis V. T. libris praebet, *Hermeneutici f)* ratio habeatur. Iam vero, licet imbecillitatis nostrae haud immemor, intelligamus ac quasi dininemus, nos non ea praestituros esse, quae recte expectari poterant a viri doctrina, qui ad hanc ipsam rem, de qua loquimur, natus videdatur, *Scharffenbergium* dico, qui erat in edendis *Obss. Critico-Hermeneut. ex Iosepho* in postremis vitae annis multum occupatus: tamen ex altera parte spem habemus, fore, ut in hoc litterarum studio ea proferamus aliquando, quae si non omnino noua et reconditae eruditionis, tamen utilia ac bonae frugis dici haberique mereantur; praesertim quum hic multa adhuc dicenda restent nosque ab *Ernesti* aliisque viris doctissimi-

d) in *Bibl. Orient. T. XIII. p. 7.*

e) in *diff. laudata p. 20.*

f) Usus vero *Criticum*, de quo nondum satis disputatum esse constat, ut alii cum summa cura et ingenio sagaciori constituent in dies magis magisque meliorem, vehementer optamus.

mis admoniti Iosephi lectione n ab Historicis Graecis, Thucydide in primis, auspicendam esse statuamus. Sed haec haec tenus.

Verum enim vero Iosephus, eiusque in Philologia sacra egregius usus, et ad hoc usque tempus fere neglectus, in memoriam reducit aliud litterarum spatium derelictum, *viriusque* scilicet Samaritani vsus in V. T. interpretatione quam maxime insignem. Itaque iuuat pauca de hac re addere in praesentia, maxime eo consilio, ut melius ea, quae ad vocem רַעַרָּוּ, Ion. 1, 2. obuiam, diximus, intelligi possint. Verba igitur אִישׁ מִלְחָמָה, quae in Exodi quodam loco (XV, 3.) de Deo adhibita singulari modo apud τὸς ὁ reddita cernimus: *συντρίβων πολέμου*, recte se habent, modo attendas, Cod. Samaritanum verba Hebraica expressisse כְּמִלְחָמָה גִּבּוֹר, potens in bello, pro quo si legisse dicimus τὸς ὁ מִלְחָמָה שָׂבַר, vel simile quid, facillime apparet, quamnam originem Graeca illa verba traxerint. Licet enim litterarum א et ש in Samaritan. Alphab. non ea sit ratio, ut possint inter se eadem, quo aliae litterae, quarum maior est figurae similitudo, ratione mutari, tamen ita expediendam esse versionem graecam cum aliis arbitror. Atque excitauit fortasse *Hassencamp g*) huius ipsius litterarum א et ש permutationis exempla. Iam vero, ut ad ea, quae volumus, veniamus, Exodi locum graece redditum imitatus est interpres Vatican. Ies. quem (41, 12.) verba illa Hebraica iisdem Graecis expressisse cernimus. Etenim necesse est, ut statuamus, illum in mente habuisse Pentat. locum, propterea quod alias nulla ratio existat vocabula Hebr. מִלְחָמָה—אִישׁ per *συντρίβειν πόλεμον* interpretandi. Et sunt insuper, quod equidem ita persuasum habeo, ut vel iuramento interposito affirmem, in versione Alexandrina loci haud pauci, in quibus illius auctores sequuntur Pentat. interpretem, quod ob causam, quam supra attuli, neminem, opinor, offendet.

g) in diss. I. de Pentat. 70. intt. Graeco, non ex Hebraeo, sed Samarit. textu conuerso p. 56—60., ubi permutationem litterarum data opera tractat, ut me certiores fecit im entdekten Ursprunge der alten Bibel-Verbersezungen — p. 228.

CCCLXXV

CRITICAE ET HISTORICAE

LXX. TITULI VERSIONEM
PATRIORVM IONAE

HECUM SECVLVM

SCRIPSE

VIRO DOCTISSIMO

CHRISTIANO THEOPHILO
KVI NOEL

SPEROS IN PHLOVINA HONORES

CELESTIA

REGIOMM. DVORNDAM. M. C. C. C.

M. THANNES THOROVVS CHRISTIANVS MOEPFNER

AT AN. P. TAV. ET VOICIS. CONCERNATOR VERBIVM

LIBRVS



... deinde in...
 ... deinde in...

Voxes enim vero Isaacus, et quae in...
 ... deinde in...

In illi de...
 ... deinde in...



Id 6020

(I)

X 2284726

LD 18

mt



15,

OBSERVATIONVM
 IN
 IONAE ORACVLA
 SPECIMEN
 RATIONE POTISSIMVM HABITA VERSIONIS
 ALEXANDRINAE
 FRAGMENTORVMQVE HEXAPLARIVM

SCRIPSIT
 RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
 SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
 DOMINI
 CAROLI AVGVSTI
 DVICIS SAXONIAE IVLIACAE CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
 ET GVESTIPHALIAE LANDGRAVII THVRINGIAE REL.
 AVSPICIIS
 AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM COLLEGII VENIA

A. D. x. MAII MDCCCLXXXVIII.
 PVBLICE DEFENDIT
 M. BEREND KODES
 LVRECENSIS
 ASSVMTO AD RESPONDENDVM SOCIO
 CHRISTI. IVLIO GVIL. MOSCHE
 ARNSTADIO - THVRINGA.

IENAE
 LITTERIS GOEPFERDTIANIS.

